

CONSTITUTIONES  
DOMINII MEDIOLANENSIS,  
DECRETIS

SENATUS<sup>ET</sup> CONSULTIS  
NUNC PRIMUM ILLUSTRATÆ  
CURANTE

COMITE  
GABRIELE VERRONE


MEDIOLANENSI PATRICIO, EX PATRIO NOBB. J.PP. COLLEGIO,  
ATQUE EX LX. EXCELL. URBIS DECURIONIBUS,  
EQUITE COMMENDATARIO S. M. ORDINIS S. STEPHANI,  
REGIO PER AUSTRIACAM INSUBRIAM  
ADV. FISCALI GENERALI.

EDITIO UNDECIMA

Cæteris uberior, atque utilior.

ACCESSIONE


PRODROMUS  
ORIGINE, ET PROGRESSU  
JURIS MEDIOLANENSIS  
EODEM AUTHORE.



MADARI

MEDIOLANI ANNO MDCCXLVII.

EDIDIT IOSEPHUS MARCIUS MEDIOLANENSIS



M A R T D A L R. Sc.  
EXCELLENTISSIMO COMITI  
**JOHANNI LUCAE PALLAVICINO**  
S. R. C. M.

**M A R I A E T H E R E S I A E**  
ROMM. IMPERATRICIS, AC REGINÆ HUNGARIÆ ET BOËMIÆ &c. &c.  
A CUBICOLO, ET A PENITIORIBUS CONSLII,  
MANTUANÆ ARCI,  
REIQUE TORMENTARIÆ PRÆFECTO GENERALI,  
MILITUM TRIBUNO,  
AUSTRIACÆ INSUBRIÆ CUM PLENA REGIA POTESTATE  
MODERATORI,  
ET GENERALI DUCI.

Joseph Richinus Malatesta Regius Ducalisque Typographus  
S. P. D.



*Iu turnâ librorum lectione, Comes  
Excell.<sup>me</sup>, quâ summopere es dele-  
ctatus, plura quidem cognoveris,  
quæ ad scientias artesque omnes  
excolendas conducunt, & felicissimi  
ingenii Tui altas quandoque meditationes excita-*

civikm prudentiam comparandam opportuni-  
tum invenies post sapientissima Romanorum JCC.  
responsa, quam Novas Mediolanenses Constitu-  
tiones, in quibus post eversas a Barbaris in Ita-  
lia nostrâ doctrinas omnes, & fortunas, Caroli V.  
Imp. Austrio Numine faustissimo revixisse ite-  
ru m veram philosophiam fatentur omnes, qui  
carum integritatem, aequitatem, consilium,  
utilitatemque intelligunt, & admirantur. Quam-  
nō p̄rem opus Te maxime dignum Tibi sisto, qui  
non sine cumulatissimo Dei Opt. M. beneficio ab Au-  
gustissimâ Imperatrice, ac Reginâ Dominâ nostrâ  
difficillimis hisce temporibus regendæ Insubriæ  
nostra suprēmo imperio datus es, ac vigilantiâ,  
& fortitudine Tuâ Mediolanensium fortunam ser-  
vasti, propulsatis hostibus, ac ad interencionem  
de bellatis eo tempore, quo magis erat timendum  
ob aerarii publici exhaustas opes, quarum repa-  
randa rū artem usque ad miraculum invenisti  
absque illo Populorum incommodo, quod jam ante  
ab hostilibus incursionibus cum lacrymis præsagi-  
erant Cives exultantes hodie ob levatam ponde-  
rus gravitatem, quæ brevi fortunas pene omnes  
erat oppressura, nisi Tu, Comes Excell.<sup>me</sup>, consi-  
lio, atque imperio Tuo labentibus rebus occurris-  
ses eo tempore, quo numeros omnes Optimi Ducis  
victâ manu, ac mente lucidissimâ implevisti,  
vires nostras, & Legionum necessitatem ita æsti-  
mando, ut nihil a nobis dandum esse, quod in

earum illico utilitatem cessurum non fuisset, nibique ab illis imperatum, quod modum excedere. Itaque omnium felicitati consuluisti, Militibus nempe fortissimis, ut ad meritas tandem vietrias pervenirent, Civibus, ut domestici lares instanto periculo stare possent, levem eorum partem contribuentibus, quæ certissima hostium spolia futura fuissent.

Quid dicam de præsentibus laboribus Tuis, postquam parta victoria est, adversus publicam egestatem ab atrâ lue, quæ boves fere omnes prostravit, & novum intulit malum fortasse gravius, quam primum, ob depauperatas Urbes, & familias in tantâ jacturâ, quam altera deterior erat forte exceptura in cultis Agris, nisi Tu pariter fortissimo Tuo consilio, & ope calamitatibus nostris occurrisse? In maximâ Annonæ caritate publicæ rerum copiæ, quantum ratio temporum patiebatur, summâ omnium cum admiratione ita consuluisti, ut bujus quoque infortunii liceat nobis quodammodo oblivisci, jamque ab eo felicissimo die, quo laureatum, & hostili non minus quam Tuo cruento madefactum in hanc Urbem reducem Te ac Victorem acclamavimus, respiramus alis quantisper a novo timore, ac præsentiam imperii Tui sentimus, utramque dignam fortunato capite Tuo coronam parantes, militarem scilicet, atque civilem, quam naucis admodum

Ad hæc autem exurrebam, non debitam Nominis Tuo panegyrim scribens (laudes enim promereri novisti non affectare) sed ut Constitutionum nostrarum librum decere Te, qui tantus es rerum omnium æstimator, indicarem, & civilibus rebus recte administrandis intentus donum hoc meum libenter accipere non recuses. In eo sane ad publicam commoditatem recudendo id primum cogitavi, Te solo dignam esse dedicationem meam, quod imperare sapias, & possis; nihil enim ultra felicitati publicæ convenientius arbitror, quam si bene propositæ leges novis nunc primum Commentariis diu desideratis illustratæ per manus omnium circumferantur inscriptæ nobilissimo nomine Tuo, quod ob res domi, forisque partas æternum erit, posterisque gratissimum.

Ab eo tandem discent omnes nostris Legibus debitam obedientiam servare, qui præsentissimus es earum vindex tanto præstantior, quanto nullam eisdem a cuiusquam ingenii impudentiâ vim inferri patiaris.

Accipe igitur, Comes Excell.<sup>me</sup>, munus hoc meum, quod humillime sisto, meque inter clientes Tuos, quemadmodum supplex imploro, adnumerare non dedigneris, dum enixis votis prospera cuncta virtutibus Tuis a Superis precor. Vale.

Dabam Mediolani in Regia Curia Kalend. Decembris MDCCXLVI.

# COMITIS GABRIELIS VERRI

MEDIOLANENSIS PATRICII, EX PATRIO COLLEGIO NOBIS. J.PP.

EX LX. EXCELL. URBIS MEDIOLANI DECURIONIBUS,  
EQUITIS COMMENDATARIIS S. M. ORDINIS S. STEPHANI,  
REGII PER AUSTRIACAM INSUBRIAM  
ADV. FISCALIS GENERALIS &c.

D E

## ORTU, ET PROGRESSU JURIS MEDIOLANENSIS PRODROMUS,

SEU  
APPARATUS AD HISTORIAM  
JURIS MEDIOLANENSIS  
ANTIQUI ET NOVI.

*Jam nova de nihilo nascitur Historia; Propert.*



MEDIOLANI, X MDCCXLVII.

In Curiâ Regiâ sumptibus Joseph Richini Malatestæ Regio-Ducalis Typographi.